qui manipulos col
liget. Et non dixerũt
qui preteribant be
nedictio domini su-

per uos: benediximus
uobis in nomine do-
mini Gloria pri ps.
De profundis cla
mauí ad te dñe:
domine exaudi uocé
meá Fiant aures
tue intendentes: in
uocé orationis mee
Si iniquitates obser
uaueris domine: do
mine quis sustine

bit Quia apud te
propitiatio est: et pr
opter legem tuá sus
tinui te domine Sus
tinuit anima mea in
uerbo eius: speauit
anima mea in dño.
A custodia matuti
na usqz ad noctem:
speret israel in domino
Quia apud dominú
misericordia: et co

prosa apud eum re
demtio. Et ipse redi
met israel: ex omni
bus iniquitatibus
eius. Gloria pa. Ps.

Domine non est
exaltatum cor
meum: neq; elati
sunt oculi mei. Ne-
que ambulaui in ma
gnis: neque in mi
rabilibus super me

Si non humiliter
sentiebam: sed exal
taui animam meam.
Sicut ablactatus
est super matre sua:
ita retributio in a
nima mea. Spere
israel in domino: ex
hoc nunc et usque
in seculum. Gloria.

Memento Ps.
salutis auctor

quod nostri quondá
corporis: ex illibata
uirgine nascendo
formá sumpsisti. Ma
ria mater gratie ma
ter misericordie: tu
nos ab hoste protege
et in hora mortis su
scipe. Gloria tibi domi
qui natus es de uir
gine: cum patre et
sancto spiritu in sem

piterna secula. amē.
Eo mater. Cap.
pulchre dilecti
onis et timoris: et
magnitudinis et
sancte spei. ℟. Deo gra
tias. ℣. Ora pro nobis
sancta dei genitrix. ℟.
Ut digni effitiamur
promissionibus xpi.
Ant. Sub tuū presidiū.
Canticū symeonis.

Nunc dimittis
seruum tuum
domine: secundũ
uerbum tuũ in pa
ce ℣ Quia uiderunt
oculi mei: salutare
tuum ℣ Quod para
sti: ante faciem om
nium populorum
Lumen ad reuela
tionem gentium:
et gloriam plebis

tue israel Gloria aĩ
Sub tuum presidiũ
confugimus sancta
dei genitrix nostras
deprecationes ne de
spitias in necessitati
bus: sed a periculis
cunctis libera nos sem
per uirgo gloriosa et
benedicta. Kyrieley
son. Xpeleyson. kyrie
leyson. ℣. Domine ex

audi oratione mea ℟.
Et clamor meus ad
te veniat. Oremus oro.
Beate et gloriose
semperq; virgi
nis marie: quesu
mus domine intĕces
sio gloriosa nos pro
tegat: et ad vita per
ducat eternam. Per
eiusdem xpm dominu
nrm ℟ amẽ te scis ay

Sancti dei omnes in
tercedere dignemini
pro nostra omniũq; sa
lute. ℣. Letamini in
domino et exultate ius
ti ℟ Et gloriamini om
nes recti corde. Oratio.
Hauadi nos deus
salutaris nostẽ
et apostolorũ tuorũ
petri et pauli et alio
rum apostolorũ nos

tuere presidijs: quo
rum donasti fideles
esse doctrinis. Om
nes sancti tui quesu
mus domine nos u
biq; adiuuent: ut
dum eorū merita re
colimus patrocinia
sentiamus. Et pace
tua nostris concede
temporibus: et ab ec
clesia tua cunctam

repelle nequitiam:
iter actus et uolun
tates nostras et om
niū famulorū tuoꝝ
in salutis tue prospe
ritate dispone: bene
factoribus nostris
sempiterna bona re
tribue: omnibus
fidelibus defunctis
requiē eternam con
cede. Per dnm nrm

ubm xpm filiũ tuum
qui tecũ uiuit et re
gnat in unitate spi
ritus sci ceus. per om
nia secula seculorũ
℟ amen. ℣. Dne exau
di oratione meam ℟ Et
clamor meus ad te uem
at ℣. Benedicamus
domino ℟ Deo gratias
℣. Fidelium anime per mi
sericordiam dei requiescat

in pace

in pace ℟ Amen Canticum.

Salue regina mi
sericordie: uita
dulcedo et spes nostra
salue: Ad te clama
mus exules filij eue:
ad te suspiramus ge
mentes et flentes in
hac lachrimarum
ualle. Eya ergo ad
uocata nostra illos
tuos misericordes

oculos ad nos con
uerte: et iesum bene
dictum fructũ uen
tris tui nobis post
hoc exiliũ ostende.
℟. O clemens: o pia:
o dulcis uirgo ma
ria. ℣. Ora pro nobis
sancta dei genitrix ℟
Ut digni efficiamur
promissionibus xpi.
Oremus. ℣ Oremus

Omnipotens sem
piterne deus:
qui gloriose uirginis
matris marie cõpus
et animã ut dignũ
filij tui habitaculũ
effici meretur: spiri
tu sancto cooperante
preparasti: da ut cu
ius cõmemoratione
letamur: eius pia
intercessione ab in

stantibus malis: et
a morte perpetua lib
remur. Per eundem
xpm dominu nostru.
℟ Amen. Isti tres
psalmi sequentes di
cuntur die martis
et die ueneris. Ad
matutinum. ant.
Specie tua et. Ps.
Eructauit cor
meum uerbum

bonum: dico ego ope
ra mea regi Lingua
mea calamus scribe:
uelociter scribentis
Speciosus forma pre
filijs hominu: diffu
sa est gratia in labijs
tuis: propterea bene
dixit te deus in eter
num Accingere gla
dio tuo: super femur
tuu potentissime r

Specie tua et pulchri
tudine tua: intende
prospere procede et
regna Propter ueri
tatem et mansuetu
dinem iustitiam: et
deducet te mirabili
ter dextera tua Sa
gitte tue acute: po
puli sub te cadent
in corda inimicorum
regis Sedes tua de

us in seculum seculi:
uirga directionis
uirga regni tui Di
lexisti iustitiam et
odisti iniquitatem:
propterea unxit te
deus deus tuus oleo
letitie pre consorti
bus tuis Mirra et
gutta et cassia a ues
timentis tuis ab do
mibus eburneis: ex

quibus delectauerit
te filie regum in ho
nore tuo Astitit re
gina a dextris tuis in
uestitu deaurato: cir
cundata uarietate.
Audi filia et uide et
inclina aurem tuam:
et obliuiscere populũ
tuũ et domum patris
tui Et concupiscet
rex decorem tuũ: quo
niam ipse est dominus
deus tuus et adora
bunt eum Et filie
tyri in muneribus:
uultum tuũ deprecã
buntur omnes diui
tes plebis Omnis
gloria eius filie regis
abintus in fimbrijs
aureis: circũamic
ta uarietatibus Ad
ducentur regi uirgi

nes post eam: proxi
me eius afferentur
tibi Afferentur in
letitia et exultatio
ne: adducentur in
templum regis Pro
patribus tuis nati
sunt tibi filii: cōsti
tues eos principes
super omnem terram
Memores erunt nominis
tui domine: in omni

ni generatione et ge
neratione Propte
rea populi confite
buntur tibi in eter
num: et in seculum
seculi Tonus. Ant.
Speciosus es pulchri
tudine tua: intende
prospere procede et re
gna. Ad diuinabitur
Deus noster ps.
refugium et uir

tus: adiutor in tribu
lationibus que inue
nerunt nos nimis.
Propterea non time
bimus dum turba
bitur terra: et trans
ferentur montes in
cor maris Conuerte
nt et turbate sunt a
que eorū: conturbati
sunt montes in forti
tudine eius Flumi-

nis impetus letificat
ciuitatem dei: sanc
tificauit tabernacu
lum suum altissimus
Deus in medio eius
non cōmouebitur:
adiuuabit eam deus
mane diluculo Con
turbate sunt gentes
et inclinata sunt re
gna: dedit uocē suam
mota est terra Dom

nus uirtutũ nobiscũ:
suscep̃tor noster deus
iacob Venite et uide
te opera dominꝰ que
posuit prodigia super
terram: auferens bel
la usque ad finem ter
re Arcum conteret
et confringet arma:
et scuta cõburet igni
Vacate et uidete quo
niam ego sum dominꝰ

exaltabor in gentibus
et exaltabor in terra
Dominus uirtutũ
nobiscũ: suscep̃tor
noster deus iacob. ℣
Gloria. ℟ Diuuabit
eam deus uultu suo deus
in medio eius non cõmo
uebitur. ℣. Sicut letãti-
Fundamẽ um ps.
ta eius in monti
bus sanctis: diligit

dominus portas syon:
super omnia taber
nacula iacob Gloriosa dicta sunt de te: ci
uitas dei Memor ero
rahab babylonis: sci
entium me Ecce ali
enigene et tyrus et
populus ethyopum:
hi fuerunt illic Nu
quid syon dicet homo:
et homo natus est in
ea: et ipse fundauit
eam altissimus Do
minus narrabit in
scripturis populorui
et principum: horuz
qui fuerunt in ea Si
cut letantiui omniui:
habitatio est in te Gl.
Aij Sicut letantiui om
niuz nostrum habitatio
est in te sancta dei genitrix.
℣. Diffusa est gratia in

labijs tuis ℟ Propter
a benedixit te deus in e
ternum. Pater nostē.
Oro Precibus et me
ritis. ꝛc. utꝰ Iste
tres psalmi sequentē
dicuntur die mercu
rij et die sabbati. Ad
matutinū. aij Beata
maria uirgo ps.
Cantate domino
canticum nouū:

cantate domino om
nis terra Cantate
domino et benedicite
nomini eius: annū
ciate de die in diem
salutare eius Annū
tiate inter gentes glo
riam eius: in omni
bus populis mirabi
lia eius Quoniam
magnus dominus et
laudabilis nimis:

terribilis est super
omnes deos Quoni
am omnes dij genti
um dæmonia: domi
nus autem celos fecit
Confessio et pulchri
tudo in conspectu eius:
sanctimonia et ma
gnificentia in sancti
ficatione eius Affe:
te domino patrie gen
tium: afferte domino

gloria

gloriam et honorem:
afferte domino glo
riam nomini eius.
Tollite hostias et in
troite in atria eius:
adorate dominũ in
atrio sancto eius Co
moueatur a facie eius
uniuersa terra: dici
te in gentibus quia
dominus regnauit
Etenim correxit or

bem terre qui non
cõmouebitur: iudi
cabit populos in e
quitate Letentur
celi et exultet terra
commoueatur ma
re et plenitudo eius:
gaudebunt campi
et omnia que in eis
sunt Tunc exulta
bunt omnia ligna
siluarum a facie do

mini quia uenit:
quoniam uenit iudi
care terram Iudica
bit orbem terre in equi
tate: et populos in ue
ritate sua Gloria.
Ant. Haude maria uir
go cunctas hereses so
la interemisti in uniuer
so mundo Ant. Dignare
Omnis me ps.
regnauit exul

tet terra: letentur in
sule multe Nubes et
caligo in circuitu eius:
iustitia et iudicium
correctio sedis eius
Ignis ante ipsum
precedet: et inflamma
bit in circuitu inimi
cos eius Illuxerũt
fulgura eius orbi ter
re: uidit et cõmota
est terra Montes si

cut cera fluxerunt a
facie domini: a facie
domini omnis terra
Annuntiauerunt
celi iustitiam eius:
et uiderunt omnes
populi gloriam eius
Confundantur om
nes qui adorant scul
ptilia: et qui gloria
tur in simulachris
suis Adorate eum

omnes angeli eius:
audiuit et letata est
syon Et exultaue
runt filie iude: prop
ter iudicia tua domi
ne Quoniam tu do
minus altissimus
super omnes terras:
nimis exaltatus es
super omnes deos.
Qui diligitis domi
num odite malum

custodit dominus a
nimas sanctorum suo
rum: de manu pecca
toris liberabit eos.
Lux orta est iusto:
et rectis corde letitia
Letamini iusti in
domino: et confite
mini memorie san
ctificationis eius.
Gloria. Ant. Dignare
me laudare te virgo

sacrata: da michi uir
tutem contra hostes tu
os. ℣ Post partu. Ps.
Cantate domino
canticũ nouum:
quia mirabilia fecit
Saluabit sibi dextera
m eius: et brachi
um sanctum eius.
Notum fecit domi
nus salutare suum:
in conspectu gentiũ
reuelauit iustitiam
suam Recordatus
est misericordie sue:
et ueritatis sue do
mui israel Viderunt
omnes termini terre:
salutare dei nostri.
Iubilate deo omnis
terra: cantate et ex
ultate et psallite P
sallite domino in cy
thara in cythara et

uoce psalmi: in tu
bis ductilibus et
uoce tube concre I
bilate in conspectu
regis tonantis: mouea
tur mare et plenitu
do eius: orbis ter
rarum et qui habi
tant in eo. Flumi
na plaudent manu
simul montes exul
tabunt a conspectu

domini: quoniam ad
uenit iudicare ter
ram. Iudicabit or
bem terrarum in iusti
tia: et populos in æ
quitate. Gloria. ant.
Post partum uirgo inui
olata permansisti dei
genitrix intercede pro
nobis. ℣. Diffusa est
gratia in labijs tuis. ℟.
Propterea benedixit te

rus uneternū. Pater
noster. oro P recibus
et meritis ꝛc̄ utš.
Ad uesperis primi sab
bati de aduentu usq;
ad uigilia natiuita
tis domini agitur of
ficiū beate marie uir
ginis modo subscrip
to. Et albato ante pri
ma dominica de adue
tu ad uesperas beate

marie uirginis Aū.
Missus est angelus
Gabriel. cū reliquis
de laudibus: et dicū
tur psalmi cōsueti.
Ant. Egredietur Cap.
Virga de radice
iesse et flos de radice
eius ascendet: et re
quiescet super eum
spiritus domini. R̄.
Deo gratias. Hymnus

et uersiculi ut s̄. Ad
magnificat an̄. Spi
ritus sanctus in te de
scendet maria ne time
as habebis in utero fi
lium dei alleluia ℣ro.
Deus qui de bea
te marie uirgi
nis utero uerbum
tuum angelo nunti
ante carnē suscipere
uoluisti: presta sup

plicibus tuis: ut
qui uere eam genit
tricem dei credimus
eius apud te inter
cessionibus adiuue
mur. Per eundem
xpm dm̄m nr̄m nostri
℟ sum men. an̄. Ecce
dominus ueniet et om
nes sancti eius cum eo
et erit in die illa lux
magna alleluia. ℣.

Ecce apparebit dominus
super nubem candida.
℟. Et cum eo sanctorum
milia. Oremus Oro.
Omnipotentis nos
tras quesumus
domine uisitando pu
rifica: ut ueniens ie
sus christus filius
tuus dominus noster
cum omnibus sanctis
paratam sibi in nobis

uuenniat mansionem.
Qui tecum uiuit et re
gnat in unitate spiritus
sancti deus. per omnia secu
la seculorum ℟. Amen.
Supradicte oratio
nes et uersiculi pre
dicto modo dicuntur
per omnes horas. Ad
matutinum Jnuitato
rium antiphone psal
mi uersiculi nomu

tantur usqz ad lecti
ones ꝛc̄. preter anti
phona à noni psalmi
scilicet. Post partuz
loco cuius dicit̄ ant̄
Angelus domini nũti
auit marie et concepit
de spiritu sancto. Lc. ſ.
Missus est ange
lus gabriel a
deo in ciuitate gali
lee cui nomen naça

reth: ad uirginem
desponsata uiro cui
nomen erat ioseph
de domo dauid: et
nomen uirginis ma
ria. Et ingressus
angelus ad eã dixit
Aue gratia plena
dominus tecũ bene
dicta tu in mulieri
bus. Tu autẽ domi
mserere nostri. Rꝯ

Missus est angelus ga
briel ad mariam uirgi
nem desponsatam ioseph
nuntians ei uerbum et
expauescit uirgo de lu
mine: ne timeas maria
inuenisti gratiam apud
dominum: Ecce concipi
es et paries filium et uoca
bitur altissimi filius ℣.
Dabit ei dominus deus
sedem dauid patris eius

et re

et regnabit in domo ia
cob in eternum. Ecce con.
Que cum au lc. ij.
disset turbata
est in sermone eius: et
cogitabat qualis esset
ista salutatio. Et ait
angelus ei. Ne time
as maria: inuenisti
enim gratiam apud do
minum. Ecce concipi
es in utero et paries

filii: et uocabis no
men eius iesum. hic
erit magnus et filius
altissimi uocabitur.
Et dabit ei dominus
deus sedem dauid pa
tris eius: et regna
bit in domo iacob une
ternum: et regni ei
us non erit finis.
Eu autē. R.m Aue
maria gratia plena do

mnus tecū: Spiritus
sanctus superuenie
t in te et uirtus altissi
mi obumbrabit tibi:
quod enim ex te nasce
tur sanctū uocabitur
filius dei. ℣. Quomo
do fiet istud quoniam
uirū non cognosco et
respondens angelus ei.
Spiritus sc̄ us.
Fuit autē maria

ad angelu. Quomo
do fiet istud: quoniam
virum non cognosco.
Et respondens angelus dixit ei. Spiritus
sanctus superueniet
in te: et virtus altis
simi obumbrabit tibi.
Ideoq; et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur
filius dei. Et ecce Ie
lisabeth cognata tua

et ipsa concepit filium
in senectute sua. Et
hic mensis est sextus
illi que vocatur steri
lis: quia non erit im
possibile apud deum
omne verbum. Dixit
autem maria: Ecce an
cilla domini: fiat mi
hi secundum verbum
tuum. Et ut dne R.
Deo gras R.m Suscipe

uerbum uirgo maria
quod tibi a domino
per angelu transmis
sum est: concipies de
um pariter et homine
ut benedicta dicaris
inter omnes mulieres
℣. Dabies quia filii
et uirginitatis non pa
tieris detrimentu: et
fuieris grauida et en
semper mater intacta.

Ut benedicta. Gloria
pri et filio et spiri sco. Ut.
Ad laudes. Ant. Mi
sus est angelus gabriel
ad uirgine desponsata
ioseph. ℣. Dominus
regnauit decore. Ant.
Aue maria gratia ple
na dominus tecu benedi
cta tu in mulieribus
alleluia. ℣. Iubilate
deo. Ant. Ne timeas

maria uuenisti enim
gratiam apud dominũ
ecce concipies et pariẹs
filium alleluia. ꝑs Deus
us deus meus. Ant.
Dabit ei dominus deus
sedem dauid patris eius
et regnabit in domo ia
cob in eternũ. ꝑs Be
nedicite. ant. Ecce an
cilla domini fiat mihi
secundũ uerbum tuum.

ꝑs Laudate dnm de
celis. Cap Egredie
tur uirga. Hymni
uersiculi a psalmis
omnes horas dicun
tur sicut ante aduẽ
tum: preter uersicu
los none a cõpletorij.
Ad benedictus ant.
Spiritus sanctus in te
descendet maria: ne time
as habebis in utero filui

dei alleluia. Oratio-
nes ut ŝ in uesperis
Ad prima aĩ. Dissus
Ecce uirgo est. Cap.
concipiet et pari
et filiũ: et uocabitur
nomen eius emanu
el: butyrum et mel
comedet: ut sciat re
probare malum et eli
gere bonum ℟ Deo
gras. Ad tertia aĩ.

Aue maria. Caplin.
Egredietur ad sex-
ta aĩ. Ne timeas ma
ria. Cap.
Dominus deus
sedem dauid patris
eius: et regnabit in
domo iacob in eternũ
et regni eius nõ erit
finis ℟ Deo gratias.
ad nona aĩ. Ecce
ancilla dni. Cap. Ecce

uirgo concipiet. ℣.
Angelus domini nũcia
uit marie ℟ Et conce
pit de spiritu sco Ad ues
peras aũ. Missus est.
cũ reliquis de laudi
bus a psalmi consue
ti. Cap. Egredietur
uirga. cum reliquis
utsũ in alijs uesperis
Ad cõpletorui caplm.
Ecce uirgo cõcipiet

℣. Angelus dni Ad nũc
dimittis aũ. Spiritus
sanctus. Notandum
q̃ a uigilia natiuita
tis dni usq̃ ad puri
ficationẽ beate mari
e uirginis fit offitiũ
sicut ante penthecostẽ.
Excepto q̃ ad omnes
horas dicitur oratio.
Deus qui salutis e
terne. ad oitis orati

omibus ꝓ apostolis
cũ alijs ad omnes ho
ras sicut scriptũ est
in offitio ante aduẽ
tũ. Jtẽ ad laudes et p
horas dicuntur. aĩ.
O admirabile cõmer
tum creator generis
humani animati corpus
sumens ꝓ uirgine nasci
dignatus est: et procedẽs
homo sine semine largi

tus est nobis suã deitatẽ.
aĩ Quando natus est
in effabiliter ex uirgine
tunc implete sunt scrip
ture: sicut pluuia in uel
lus descendisti: ut saluũ
faceres genus humanũ
te laudamus deus nostẽ.
aĩ. Rubum quẽ uidẽ
ut moyses in combustus
conseruati agnouimus
tuã laudabilem uirgi

nitatem: dei genitrix
intercede pro nobis. An̄
Germinauit radix iesse orta est stella ex iacob
uirgo peperit saluatorẽ
te laudamus deus nostẽ.
An̄ Ecce maria genuit
nobis saluatorem: quem
iohannes uidens exclamauit dicens: ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata
mundi alleluia. ad be-

nedictus an̄. Mira-
bile misterium declara
tur hodie innouantur
nature: deus homo factus
est: id quod fuit permansit: et quod non erat assumpsit: non cõmixtionẽ
passus neqz diuisionem.
Ad magnificat ad
nunc dimittis. an̄.
Magnum hereditatis
misterium templiz dei

factus est uterus nesci
ens uirum: non est pol
lutus ex ea carne assu
mens: omnes gentes ue-
nient dicentes gloria
tibi domine. Nota q̃
a uesperis sabbati
sancti usq̃ ad ascen
sionem fit officium
beate marie uirgi-
nis sicut ante aduen
tum: excepto q̃ ad

magnificat et ad
nunc dimittis et be
nedictus dicitur añ.
Regina celi letare alle
luia quia que meruisti
portare alleluia: resurrex
it sicut dixit alleluia:
ora pro nobis deum alleluia
Explicit officium bte
marie uirginis secun
dum consuetudinem
curie Romane.

134

Incipiunt septem
psalmi penitentiales
Ant. Ne reminiscaris
ps.

Domine
ne in furore tuo ar
guas me: neque in
ira tua corripias me

Miserere mei domi
ne quoniam infirmus
sum: sana me domi
ne quoniam conturb
ata sunt ossa mea
Et anima mea tur
bata est valde: sed
tu domine usque quo
Convertere domi
ne et eripe animam
meam: salvum me fac
propter misericor

diam tuam. Quoniam
non est in morte qui
memor sit tui: in in
ferno autem quis
confitebitur tibi.
Laboravi in gemitibus
meis lavabo per sin
gulas noctes lectum
meum: lacrimis me
is stratum meum riga
bo. Turbatus est a
furore oculus meus:

inuete/nim inter om
nes inimicos meos
Discedite a me om
nes qui operamini
iniquitatem: quoni
am exaudiuit domi
nus uocem fletus
mei Exaudiuit do
minus deprecationem
meam: dominus ora
tionem meam suscepit
Erubescant et con

turbentur uehemen
ter omnes inimici
mei: conuertantur
et erubescant ualde
uelociter Gloria. ps.
Beati quorum re
misse sunt ini
quitates: et quorum
tecta sunt peccata.
Beatus uir cui non
imputauit dominus
peccatum: nec est in

spiritu eius omnis
Quoniam tacui inue
terauerunt ossa mea
a: dum clamarem
tota die Quoniam
die ac nocte gravata
est super me ma
nus tua: conversus
sum in erumna mea:
dum configitur spi
na Delictum meum
cognitum tibi feci
et iniustitiam meam
non abscondi Dixi
confitebor aduersus
me iniustitiam meam
domino: et tu remi
sisti impietatem pec
cati mei Pro hac ora
bit ad te omnis sanc
tus in tempore opportuno
Verumtamen
in diluvio aquarum
multarum ad eum

non approximabit
Tu es refugium meus
a tribulatione que
circumdedit me: ex
ultatio mea erue me
a circumdantibus
me. Intellectum tibi
dabo et instruam te:
in via hac qua gradi
eris firmabo super te
oculos meos. Nolite
fieri sicut equus et

mulus: quibus non
est intellectus. In
chamo et freno max
illas eorum constringe:
qui non approxim
ant ad te. Multa fla
gella peccatoris: spe
rantes autem in do
mino misericordia
circumdabit. Lete
mini in domino et
exultate iusti: et glo

manum omnes rec
ti corde Gloria ps.
Domine ne in
furore tuo ar
guas me: neque in
ira tua corripias me
Quoniam sagitte
tue infixe sunt mi
hi: et confirmasti
super me manum
tua Non est sanitas
in carne mea a facie

ire tue: non est pax
ossibus meis a facie
peccatorum meorum.
Quoniam iniqui
tates mee supergres
se sunt caput meum:
et sicut onus grauе
grauate sunt super
me Putruerunt
et corrupte sunt cic
trices mee: a facie
insipientie mee Di

ser factus sum et cã
uatus sum usque in
finem: tota die con
tristatus ingredie
bar Quoniã lumbi
mei impleti sunt il
lusionibus: et non
est sanitas in carne
mea Afflictus sum
et humiliatus sum
nimis: rugiebam a
gemitu cordis mei

Domine ante te om
ne desiderium meum:
et gemitus meus a
te non est absconditus
Cor meum conturba
tum est: dereliquit
me uirtus mea: et
lumen oculorũ meorũ
et ipsum non est me
cum Amici mei et
proximi mei: aduer
sum me appropinqua

uerunt et steterunt
Et qui iuxta me e
rant de longe stete
runt: et uim facie
bant qui querebant
animam meam Et
qui inquirebant ua
nitatem michi locuti
sunt uanitates: et
dolos tota die medi
tabantur Ego au
tem tanquam surdus

non audiebam: et si
cut mutus non ape
riens os suum Et
factus sum sicut ho
mo non audiens: et
non habens in ore
suo redargutiones
Quoniam in te domi
ne speraui: tu exau
dies me domine deus
meus Quia dixi ne
quando supergaudeat

ant michi inimici
mei: et dum cõmouẽ
tur pedes mei super
me magna locuti sũt
Quoniã ego in fla
gella paratus sum:
et dolor meus in con
spectu meo semper. ℣
Quoniam iniquita
tem meam annuntia
bo: et cogitabo pro pec
cato meo Inimici

autem mei uiuunt
et confirmati sunt
super me: et multipli
cati sunt qui oderũt
me iniquo Qui retri
buunt mala pro bonis
detrahebant michi:
quoniam sequebar bo
nitatem Ne derelin
quas me dominе deus
meus: ne discesseris
a me Intende in ad

suorum meuz: o
mne deus salutis
mee Gloria pri. ps.
Miserere mei de
us: secundum
magnam misericor
diam tuam Et secu
dum multitudinem
miserationum tuarum
dele iniquitatem
Amplius lauame
ab iniquitate mea

et a peccato meo mun
da me Quoniam
iniquitatem meam
ego cognosco: et
peccatum meum con
tra me est semper.
Tibi soli peccaui et
malum coram te feci
ut iustificeris in se
monibus tuis et
uincas cum iudica
ris Ecce enim in

iniquitatibus cócep
tus sum: et in peccatis
concepit me mater
mea Ecce enim ue
ritatem dilexisti: in
certa et occulta sapi
entie tue manifestas
ti michi Asperges
me domine isopo et
mundabor: lauabis
me et super niuem de
albabor Auditui

meo

meo dabis gaudium
et letitiam: et exul
tabunt ossa humi
liata Auerte faciem
tuam a peccatis me
is: et omnes iniqui
tates meas dele Cor
mundum crea in me
deus: et spiritum rec
tum in noua in uisce
ribus meis Ne pro
itias me a facie tua

et spiritum sancti
tuum ne auferas
a me Redde mihi
letitiam salutaris
tui: et spiritu prin
cipali confirma me
Doceo iniquos
uias tuas: et impij
ad te conuertentur
Libera me de sang
uinibus deus deus
salutis mee: et ex

ultabit lingua mea
iustitiam tuam Do
mine labia mea ape
ries: et os meum an
nuntiabit laudem
tuam Quoniam si
uoluisses sacrifitum
dedissem: utique ho
caustis non delecta
beris Sacrifitium
deo spiritus contri
bulatus: cor contri

tum et humiliatum
deus non despicies.
Benigne fac domine
in bona uoluntate tua
syon: ut edificen
tur muri hierusalé
Tunc acceptabis
sacrifitium iustitie:
oblationes et holo-
causta: tunc impo-
nent super altare tu
um uitulos Gloria

Domine ex- ps.
audi orationem
meam: et clamor me
us ad te ueniat Non
auertas faciem tuá
a me: in quacumque
die tribulor inclina
ad me aurem tuam
In quacúque die
inuocauero te: uelo
citer exaudi me Q
uia defecerunt sicut

sumus dies mei: q
ossa mea sicut cre
mium aruerunt
Percussus sum ut
fenum et aruit cor
meum: quia oblitus
sum comedere panem
meum. A voce gemi
tus mei adhesit os
meum carni mee.
Similis factus sum
pellicano solitudi

nis: factus sum si
cut nocticorax in do
micilio. Vigilaui:
et factus sum sicut
passer solitarius in
tecto. Tota die exp
brabant michi imi
mici mei: et qui lau
dabant me aduersu
me iurabant. Quia
cinerem tanquam pa
nem manducabam:

et poculum meum
cum fletu miscebaz
A facie ire indigna
tionis tue: quia ele
uans allisisti me Di
es mei sicut umbra
declinauerunt: et ego
sicut fenũ arui Tu
autẽ domine in eter
num pmanes: et me
moriale tuũ in gene
ratione ⊸ generatio

nez Tu exurgens
misereberis sion:
quia tempus mise
rendi eius quia ue
nit tempus Quoni
am placuerit seruis
tuis lapides eius: et
terre eius miserebũ
tur Et timebunt
gentes nomen tuuz
domine: et omnes
reges terre gloriam

tua Quia edificau
vit dominus sion: et ui
debitur in gloria sua
Respexit in oratione
humilium: et non spre
uit preces eorum Scri
bantur hec in gene
ratione altera et
populus qui creabi
tur laudabit dominum
Quia prospexit
de excelso sancto suo

dominus de celo in
terram aspexit Ut au
diret gemitus com
peditorum: ut solue
ret filios interemptorum
Ut annuntient
in sion laudem nomi
dominum: et laudem
eius in hierusalem
In conuenendo po
pulos in unum: et re
ges ut seruiant do

mu. Respondit ei
in via virtutis suæ:
paucitatem dierum
meorum nuntia mihi
Ne revoces me in di
medio dierum meorum:
in generatione et ge
nerationem anni tui
Initium tu domine
terram fundasti: et
opera manuum tuarum
sunt celi Ipsi peri

bunt tu autem perma
nes: et omnes sicut
vestimentum veterasc
ent Et sicut operto
rium mutabis eos et
mutabuntur: tu au
tem idem ipse es et an
ni tui non deficient
Filij servorum tuorum
habitabunt: et semen
eorum in seculum diri
getur Gloria patri ps.

De profundis clamauí ad te domine: domine exaudi uocem meam. Fiant aures tue intendentes: in uocem orationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam

sustinui te domine. Sustinuit anima mea in uerbo eius: speauit anima mea in domino. A custodia matutina usq; ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet

israel: ex omnibus
iniquitatibus eius
Gloria patri ps.
Domine exaudi
oratione meam:
auribus percipe ob
secratione meam in
ueritate tua exaudi
me in tua iustitia Et
non intres in iuditiu
cum seruo tuo: quia
non iustificabitur i

conspectu tuo omnis
uiuens Quia perse
cutus est inimicus
animam meam: humi
liauit in terra uitam
meam Collocauit me
in obscuris sicut mor
tuus seculi: et anxi
atus est super me spi
ritus meus in me tu
batum est cor meum
Memor fui dierum

antiquorum medi
tatus sum in omni
bus operibus tuis:
in factis manuum
tuarum meditabꝫ
Expandi manus
meas ad te: anima
mea sicut terra sine
aqua tibi Velocitẽ
exaudi me domine:
defecit spiritus me
us Non auertas

faciem tuam a me: et
similis ero descẽden
tibus in lacũ Audi
tam fac mihi ma
ne misericordiam
tuam: quia in te spe
raui Notam fac mi
hi uiam in qua am
bulem: quia ad te
leuaui animam meam
Eripe me de inimi
cis meis domine:

ad te confugi doce
me facere uoluntate
tua quia deus meus
es tu Spiritus tuus
bonus deducet me in
terram rectam: propte
nomen tuu domine
uiuificabis me in eq
uitate tua Deduces
de tribulatione am
mam mea: et in mise
ricordia tua disperdes

inimicos

inimicos meos Et
perdes omnes qui tri
bulant animam meam:
quoniam ego seruus
tuus sum Gloria. Ant.
Ne reminiscaris domi
ne delicta nostra uel pa
rentum nostrorum neque uin
dictam sumas de pecca
tis nostris domine deus
noster. Letania.
Kyrieleyson. Xpe

leyson Kyrieleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos
Pater de celis deus
miserere nobis.
Fili redemptō mun
di deus miserere nob
Spiritus sancte de
us miserere nobis.
Sancta trinitas
unus deus miserē no.
Sancta Maria:

ora pro nobis.
Scā dei genitrix. orā
Scā uirgo uirgīnū
ora pro nobis.
Sce michael. orā
Sce gabriel. orā
Sce raphael. orā
Omnes sancti an
geli et archangeli
orate pro nobis.
Omnes sci beatorū
spirituū ordines ora

te pro nobis.
S cē ioānes baptista
ora pro nobis.
O mnes sancti patri
archē·i prophete. ora
te pro nobis.
S cē petre ora p nobis
S cē paule or̄.
S cē andrea or̄
S cē iacobe or̄
S cē ioannes or̄
S cē thoma or̄

S cē iacobe or̄
S cē philipe or̄
S cē bartholomee or̄
S cē mathee or̄
S cē symon or̄
S cē thadee or̄
S cē matthia or̄
S cē barnaba or̄
S cē luca or̄
S cē marce or̄
O mnes sci apostoli
et euangeliste. orate.

Omnes sci discipuli
domini. orate p nob
Omnes sci innocen
tes orate pro nobis.
Sce stephane or
Sce laurenti or
Sce uincenti or
Sce fabiane or
Sce sebastiane or
Sce blasi or
Sci ioannes et pau
le orate pro nobis.

Sci cosma et damia
ne. orate pro nobis
Sci geruasi et pro
thasi orate p nobis
Omnes sci marti
res orate pro nobis
Sce siluester or
Sce gregori or
Sce martine or
Sce augustine or
Sce ambrosi or
Sce hieronime or

Sce nicolae or
Sce ludouice or
Omnes sci pontifi
ces et confessores orat
Omnes sci doctores
orate pro nobis.
Sce benedicte or
Sce francisce or
Sce antoni or
Sce dominice or
Omnes sci monachi
et heremite orate pro

Omnes sci sacerdotes
et leuite orate pro no.
Sca maria magda
lena or
Sca agnes or
Sca lucia or
Sca cecilia or
Sca agatha or
Sca catherina or
Sca clara or
Sca helicabet or
Omnes sancte uir

gines et uidue ōrt.
Omnes sancti et
sancte dei intercedi
te pro nobis.
Propitius esto pa-
ce nobis domine
Propitius esto ex-
audi nos domine
Ab omni malo. li
bera nos domine
Ab omni peccato. li.
Ab ira tua. libera.

A subitanea & imp
ausa morte. libera.
Ab insidijs diaboli.
Ab ira et odio & om
ni mala uolutate. l
A spiritu fornicatio
nis. libera nos dne
A fulgure & tempes
tate. libera nos dne
A morte perpetua. l
Per misterium incar
nationis tue. li.

Per aduentu tuu. li.
Per natuitate tua. li.
Per baptismu q sac
tuz ieiuniuz tuu. li.
Per crucé et passio
nem tuam. lib
Per mortem et sepul
turam tuaz. lib
Per sancta resurrec
tionem tuam. lib
Per admirabilé as
censionez tuaz. lib

Per aduentu spiritus
sancti paracliti. li.
In die iudicij. li.
Peccatores: te roga
mus audi nos.
Ut nobis parcas. te.
Ut nobis indulgeas. te
Ut ad ueram penitè
tiam nos perducere
digneris. te rogamus
Ut ecclesiam tuam
sanctam regere et con

seruare digneris. te.
Ut omnium apostoli
cii et omnes ecclesia
sticos ordines in sac
ta religione conser
uare digneris. te
Ut regibus et prin
cipibus christianis
pacem et uerax conco
diam donare dignei[illegible]
Ut nosmetipsos in
tuo sancto seruitio

confortare et conser
uare digneris. te.
Ut mentes nostras
ad celestia desideria
erigas. te ro.
Ut omnibus bene
factoribus nostris
sempiterna bona re
tribuas. te ro.
Ut animas nostras
fratrum: propinquor
et benefactorum nostro

tu ab eterna damna
tione eripias: te ro
Ut fructus terre da
re et conseruare digne
ris. te rogamus.
Ut omnibus fidelib'
defunctis requiem
eternam donare di
gneris. te rogamus
Ut nos exaudire di
gneris. te rogamus
Fili dei te rogamus.

audi nos.
Agnus dei qui tollis
peccata mundi parce
nobis domine.
Agnus dei qui tollis
peccata mũdi exaudi
nos domine.
Agnus dei qui tollis
peccata mũdi miserere
nobis Christe
audi nos Christe
exaudi nos Kyrieley

son. Xpe eleyson. Ky
rieleyson. Pater no
ster. ac ℣. Et ne nos
inducas in temptati
onem ℟ Sed libera nos
a malo. Psalmus.
DEus in adiuto
rium meum in
tende: domine ad ad
iuuandum festi
na Confundantur
et reuereantur: qui

querunt animam
meam Auertantur
retrorsum et erubes
cant: qui querunt
mihi mala Auer
tantur statim eru
bescentes: qui dicu
nt mihi euge euge
Exultent et leten
tur in te omnes qui
querunt te: et dicat
semper magnifice

tur dominus: qui
diligunt salutare
tuum. Ego uero egę
nus et pauper sum:
deus adiuua me.
Adiutor meus et li
berator meus es tu:
domine ne moreris.
Gloria Sicut. ℣.
Saluos fac seruos
tuos ℟ Deus meus
sperantes in te. ℣ Esto

nobis

nobis domine turris
fortitudinis ℟ A facie
inimici. ℣. Nichil pro
ficiat inimicus in no
bis ℟ Et filius ini
quitatis non apponat
nocere nobis. ℣. Domi
ne non secundũ pecca
ta nostra facias nobis
℟ Neque secundũ ini
quitates nostras retri
buas nobis. ℣. Oremus

pro papa nostro N. ℟.
Dominus conseruet
eum et uiuificet eum
beatum faciat eum in
terra: et non tradat eum
in animam inimicorum
eius ℣. Oremus pro
benefactoribus nostis
℟. Retribuere dignare
domine omnibus
nobis bona facienti
bus propter nomen

sanctum tuum uitam eterna
nam amen. ℣. Oremus pro fidelibus de
functis ℟. Requies
eternam dona eis do
mine et lux perpetua
luceat eis ℣. Requi
escant in pace ℟ Amen
℣. Pro fratribus no
stris absentibus ℟.
Saluos fac seruos tu
os deus meus speran

tes in te ℣. Mitte eis
domine auxilium de
sancto ℟. Et de syon tu
ere eos ℣. Domine ex
audi orationem meam ℟.
Et clamor meus ad te
veniat. Oremus Oro.
Deus cui proprium est miserere
semper et parcere suscipe deprecationem
nostram: et nos et

omnes famulos tuos quos delictorum
cathena constringit
miseratio tue pietatis absoluat. Oro.
Exaudi quesumus
domine supplicum
preces: et confitentium
tibi parce peccatis: ut
pariter nobis indulgentiam tribuas be
nignus et pacem Oro.

Ineffabilem no
bis domine mi
sericordiam tuam cle
menter ostende: ut
simul nos et a pecca
tis omnibus exuas:
et a penis quas pro
bis meremur eripias.
Deus qui cul Oro
pa offendens: pe
nitentia placans
preces populi tui sup
plicantis propitius
respice: et flagella
tue iracundie que
pro peccatis nostris
meremur auerte. Oro.
Omnipotens sé
piterne deus mi
serere famulo tuo
papa nostro N. et di
rige eum secundum
tuam clementiam in
uiam salutis eternæ.

ut te omante tibi pla-
cita cupiat: et tota
uirtute proficiat.

Deus a quo Oro.
sancta desiderij
recta consilia uisti
sunt opera: da seruis
tuis illam quam mun
dus dare non potest
pacem: ut et corda
nostra mandatis tu
is tradita et hostium

sublata formidine:
tempora sint tua pro
tectione tranquilla.

Ignis igne Oro.
sancti spiritus
renes nostros et cor
nostrum omne: ut
tibi casto corpore ser
uiamus: et mundo
corde placeamus. Oro

Deus omni
num conditor

et redempto r animabus famulorum famularumq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentia quam semper optaverunt pijs supplicationibus consequantur. Oratio.

Actiones nostras quesumus omnipotens

mune aspirando preveni: et adiuvando prosequere ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te iceptam finiatur. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui vivorum dominaris simul et mortuorum: omniumq; mi

sereris: quos tuos fi
de et opere futuros es
se prenoscis: te sup
pliciter exoramus:
ut pro quibus effun
dere preces dercuim
quos sqz uel presens
seculi ad huc in car
ne retinet: uel futur
iam exutos corpore
suscepit: intercedan
tibus omnibus san

tis tuis pietatis tue
clementia: omnium
delectorum suorum uenia
m consequantur.
Per dominum nrm ihm
xpm filium tuum qui te
cum uiuit et regnat
in unitate spiritus
sci deus per omnia se
cula seculorum ℟ amen.
℣. Dnie exaudi oratio
nem meam ℟ Et clamor

meus ad te uenit. ℣.
Benedicamus domino
℟ Deo gratias. ℣ Fi-
delium anime per mise-
ricordiam dei requiescat
in pace. ℟ Amen.

Incipit offitium
mortuorum. Ad ue
speras Antiphona.
Placebo domino Ps.



DILEXI: quo
niam exaudiet dom
inus: uocem oratio
nis mee Quia inclu
nauit aurem suam
michi: et in diebus
meis inuocabo Qui

cuntderunt me do
lores mortis: et peri
cula infernj inuene
runt me Tribulati
onem et dolorem inue
nj: et nomen domjn
j inuocauj O domine
libera animam meam:
misericors dominus
et justus: et deus no
ster miseretur Custo
diens paruulos do

minus: humiliatus
sum et liberauit me
Conuertere anima
mea in requiem tuam:
quia dominus bene
fecit tibi Quia eripu
it animam meam de mo
te oculos meos a lacri
mis: pedes meos a
lapsu P laceo domi
no in regione uiuorum
Requie eterna dona

eis domine: et lux p
petua luceat eis An
Placebo domino in re
gione viuorũ A. Ps. eum.
Ad dominũ ps.
Cum tribularer
clamauis et exaudi
uit me Domine li
bera animã meam
a labijs iniquis: a
a lingua dolosa Q
uid detur tibi aut

quid apponatur ti
bi: ad linguam do
losam Sagitte po
tentis acute: cum
carbonibus desola
torijs Heu michi
quia incolatus me
us prolongatus est:
habitaui cum habi
tantibus cedar: a
multum incola fu
it anima mea Quz

bis qui oerunt pace
eram pacificus: cuz
loquebar illis ipug
nabant me gratis. t
Requiem. aii Heu
michi quia incolatus
meus prolongatus est.
Aii Dominus ps.
Leuauí oculos
meos in montes:
unde uenet auxilui
michi Auxilui mei

a domino

a domino qui fecit
celum et terraz Non
det in cómotionem
pedem tuum: neque
dormitet qui custo
dit te Ecce non dor
mitabit neqz dormi
et: qui custodit israel
Dominus custodit
te dominus protectio
tua: super manum
dexteram tuam Per

diem sol non uret
te: neque luna per
nocte. Dominus
custodit te ab omni
malo: custodiat a
nimam tuam dominus
Dominus custodi
at introitum tuum et
exitum tuum: ex hoc
nunc et usque in secu
lum. Requiem. Ant.
Dominus custodit te

ab omni malo: custo
diat animam tuam do
minus. ℣. Si iniquita
tes. ps.
De profundis clama
ui ad te domine: domine
exaudi uocem meam
Fiant aures tue
intendentes: in uo
cem deprecationis
mee. Si iniquitates
obseruaueris dne:

domine quis susti
nebit Quia apud te
propitiatio est: et
propter legem tuam
sustinui te domine
Sustinuit anima
mea in uerbo eius:
speraui anima me:
in domino A custo
dia matutina usque
ad noctem: speret i
srael in domino Qui

apud domini mise
ricordia: et copiosa
apud eum redemptio
Et ipse redimet isr
el: ex omnibus in
quitatibus eius.
Requie. ant Si in
quitates obseruaueris
domine dne quis susti
nebit. ant Opera ps.
Confitebor tibi
domine in toto

corde meo: quoniam
audisti uerba oris
mei. In conspectu
angelorum psallam
tibi adorabo ad tem
plum sanctum tuum:
et confitebor nomi
ni tuo. Super mise
ricordia tua et uer
itate tua: quoniam
magnificasti super
omne nomen sanctum

tuum. In quacunque
die inuocauero te:
exaudi me: multi
plicabis in anima
mea uirtutem. Con
fiteantur tibi domi
ne omnes reges ter
re: quia audierunt
omnia uerba oris
tui. Et cantent in
uijs domini: quoni
am magna est glori

dominum Quoniam ex
celsus dominus et
humilia respicit: et
alta a longe cogno
scit Si ambulauero
in medio tribulati
onis uiuificabis me:
et super iram inimi
corum meorum exten dis
ti manum tuam et sal
uum me fecit dexter
tua Dominus reti

buet pro me: domine
misericordia tua in
seculum opera manuum
tuarum ne despicias
Requiem aeternam Opera
manuum tuarum domine
ne despicias. ℣. Audiui
uocem de celo dicentem
mihi ℟ Beati mortui
qui in domino moriun
tur. aeternam Omne Cam.
Magnificat ani

nia mea domino.
Et exultauit spiri
tus meus: in deo sa
lutari meo. Quia
respexit humilitate
ancille sue: ecce enim
ex hoc beatam me di
cent omnes genera
tiones. Quia fecit
mihi magna qui
potens est: et sanc
tum nomen eius.

Et misericordia eius
a progenie in progenie
nies: timentibus
eum. Fecit potenti
am in brachio suo:
dispersit superbos
mente cordis sui.
Deposuit potentes
de sedes et exaltauit
humiles. Esurien
tes impleuit bonis:
et diuites dimisit

in anes Suscepit i
srael puerum suum:
recordatus miseri
cordie suc Sicut lo
cutus est ad patres
nostros: abraham: a
semini eius in secula
Requiem. aii. Qm
ne quod dat michi pa
ter ad me ueniet: et eu
qui uenit ad me non ei
ciam foras. Deinde di

tur. Pater noster ps.
Laudate anima
mea dominum:
laudabo dnm in uita
mea: psallam deo me
o quadiu fuero No
lite confidere in prin
cipibus: in filys ho
minum in quibus n
non est salus Exibit
spiritus eius et reue
tetur in terram suam:

in illa die peribunt
omnes cogitationes
eorum Beatus cu
ius deus iacob ad
iutor eius spes eius
in domino deo ipsius
qui fecit celum et terra
mare et omnia que
in eis sunt Qui cu
stodit veritatem in
seculum: facit iudi
cium in iniuriam pa

cientibus: dat esca
esurientibus Do
minus soluit compe
ditos: dominus illu
minat cecos Domi
nus erigit elisos: do
minus diligit iustos
Dominus custodit
aduenas: pupillus
et viduam suscipiet:
et vias peccatorum
disperdet Regnabit

dominus in secula:
deus tuus sion in ge
neratione et generá
tionem. Requiē. ℣.
Requiescant in pace ℟
Amen. ℣. Dne exaudi
orationem meā ℟ Et
clamor meus ad te veniat

DEus qui Oro.
inter apostolicos
sacerdotes famulos
tuos pontificali sci

sacerdotali fecisti di
gnitate uigere: pre
sta quesumus ut co
rum quoq; perpetuo
aggregentur consor
tio. Oratio.

DEus uenie lar
gitor et humane
salutis amator que
sumus clementiam
tuam: ut nostre con
gregationis fratres:

sorores: propinquos:
benefactores nostros
qui ex hoc seculo tra
sierunt: beata ma
ria semper uirgine
intercedente cum
omnibus sanctis
tuis: ad perpetue
beatitudinis con
sortium peruenire
concedas. Oro.
Fidelium deus

omnium conditor
et redemptor anima
bus famulorum fa
mularumque tuarum: re
missionem cunctorum
tribue peccatorum:
ut indulgentiam
quam semper opta
uerunt pijs supplí
cationibus consé
quantur. Qui uiuis
et regnas cum deo

patre in unitate spi
ritus sancti deus:
per omnia secula se
culorum. amen. ℣.
℟ Requiem eternam
dona eis domine. ℟ Et
lux perpetua luceat
eis. ℣. ℟ Requiescant
in pace. ℟ Amen.
Ad matutinū Invi
tatorium. Regem cui
omnia viuunt. Ven

te ado

te adoremus. Regem
cui omnia vi̊. ps.
Venite exulte
mus domino:
iubilemus deo salu
tari nostro preocupe
mus faciem eius in
confessione: et i psal
mis iubilemus ei.
Regem cui omnia vi
uunt: Venite adorem⁹
Quoniam deus ma

Quia dominus et
rex magnus super
omnes deos: quoni
am non repellet do-
minus plebem suá:
quia in manu eius
sunt omnes fines
terre: et altitudines
montiú ipse cóspicit
Venite adoremus.
Quoniam ipsius
est mare et ipse fecit

illud: et aridas fun
dauerunt manus
eius: venite adore
mus et procidamus
ante deum ploremus
coram domino qui
fecit nos: quoniam
ipse est dominus de
us noster: nos autē
populus eius et oues
pascue eius. Regem
cui omnia uiuūt. Ven

te adoremus. Hodie
si uocem eius audie
ritis nolite obdurare
corda uestra sicut in
exacerbatione secun
dum diem tentationis
in deserto: ubi tenta
uerunt me patres ue
stri probauerunt et
uiderunt opera mea
Venite adoremus. Qua
draginta annis prox

imus fui generatio
ni huic: et dixi sem
per hi errant corde: ip
si uero non cognoue
runt uias meas qui
bus iurauui in ira mea:
si introibunt in requi
em mea. Regem cui om
nia uiuunt: Venite adore
mus. Requiem eter
nam dona eis domine:
et lux perpetua luceat

eis. Venite adoremus.
Regem cui omnia ui
uunt: venite adorem⁹.
Ant. Dirige do. Ps.
Verba mea aur
ibus percipe dom
ne: intelligere clamo
rem meum. Intende
uoci orationis mee:
rex meus et deus me
us. Quoniam ad te
orabo domine: man
e exaudies uocem meam
Mane astabo tibi et
uidebo: quoniam non
deus uolens iniqui
tatem tu es. Neque
habitabit iuxta te
malignus: neq; per
manebunt iniusti
ante oculos tuos. Od
disti omnes qui ope
rantur iniquitatem:
perdes omnes qui

loquuntur mendaci
um Viri sanguinu
et dolosum abhomi
nabitur dominus:
ego autem in multitu
dine misericordie tue
Introibo in domum
tuam: adorabo ad tem
plum sanctum tuum
in timore tuo Domi
ne deduc me in iusti
tia tua propter inimi
cos meos: dirige in
conspectu tuo uiam me
am Quoniam nō est
in ore eorum ueritas: cor
eorum uanum est Se
pulchrum patens est
guttur eorum linguis
suis dolose agebant:
iudica illos deus De
cidant a cogitationi
bus suis: secundum
multitudinem impie

tatum eorũ expelle
eos quoniã irrita
uerunt te domine
Et letentur omnes
qui sperant in te:
in eternum exulta
bunt et habitabis
in eis Et gloriabi
tur in te omnes qui
diligunt nomen tu
um: quoniã tu be
nedices iusto Do-

mine ut scuto bone
uoluntatis tue: co
ronasti nos Requi.
Aũ Dirige domine de
us meus in conspectu
tuo uiam meã. Ant.
Conuertere anie. ps.
Domine ne in
furore tuo argu
as me: neque in ira
tua corripias me.
Miserere mei domi

ne quoniam infirm'
sum: sana me domi
ne quoniam conturba
ta sunt ossa mea Et
anima mea turbata
est ualde: sed tu domi
ne usquequo Conuer
tere domine et eripe
animam meam: saluum
me fac propter mise
ricordiam tuam Quo
niam non est in mor

qui memor sit tui: i
nferno autem quis
confitebitur tibi. I
Laborauí in gemi
tu meo: lauabo per
singulas noctes lec
tum meum: lacrimis
meis stratum meum
rigabo Turbatus
est a furore oculus
meus: inueterauí in
ter omnes inimicos

meos Discedite a
me omnes qui ope
ramini iniquitatem:
quoniam exaudiuit
dominus uocem fle
tus mei Exaudiuit
dominus deprecatio
nem meam: dominus
orationem meam suscepit
Erubescant et
conturbentur uehe
menter omnes ini
mici mei: conuertan
tur et erubescant
ualde uelociter Re
quiem. Ant Conuer
tere domine et eripe am
mam meam quoniam non
est in morte qui memor
sit tui. Ant Ne quando
Domine de ps.
us meus in te
speraui saluum me
fac: ex omnibus p-

sequentibus me et
libera me Ne quan
do rapiat ut leo am
mam meam: dum non
est qui redimat neq;
qui saluũ faciat Do
mine deus meus si fe
ci istud: si est iniqui
tas in manibus meis
Si reddidi retribuẽ
tibus michi mala:
decidam merito ab

inimicis meis inanis
Persequatur inimi
cus animam meam
et comprehendat et
conculcet in terra ui
tam meam: et gloriam
meam in puluerem de
ducat Exurge domi
ne in ira tua: et exal
tare in finibus inimi
corum meorũ Et ex
urge domine deus mx

us in precepto quod
mandasti: et syna
goga populorũ cir
cumdabit te. Et prop
ter hanc in altum re
greere: dominus
iudicat populos. ℣
Iudica me domine
secundũ iustitiam
meam: et secundum
innocentiam meam
super me. Consum

tur nequitia pecca
torum et diriges ℣
iustũ: scrutans cor
da et renes deus iu
stum adiutorium me
um a domino: qui
saluos facit rectos
corde. Deus iudex
iustus fortis et pa
ciens: nunquid ira
scitur per singulos
dies. Nisi conuersi

fueritis gladium su
um uibrauit: arcuz
suũ tetendit et para
uit illũ Et in eo pa
rauit uasa mortis:
sagittas suas ardẽ
tibus effecit Ecce
parturit iniustitiaz
et concepit dolorem:
et peperit iniquitatẽ
Lacum aperuit et
effodit eũ: incidit

in fo.

in foueam quã fecit
Conuertetur dolor
eius in caput eius:
et in uerticez ipsius
iniquitas eius descẽ
det Confitebor
domino secundum
iustitiam eius: et
psallam nomini do
mini altissimi Re
quiem Xii. Ne quan
do rapiat ut leo anima

mea dum non est qui
redimat neque qui sal
uum faciat. ℣. Collo
cet eū dominus ℟ Cū
principibus populi su
℣. Ad porta inferi ℟ E
rue domine animas
eorū. Pater noster c̄
Lectio prima.
Auerte mihi do
mine nihil enim
sunt dies mei. Quid
est homo quia magni
ficas eū: aut quid
apponis erga eum cor
tuū: Visitas eū diluc
culo: et subito probas
illum. Usquequo nō
parcis mihi: nec di
mittis me ut glutiam
saliua mea: Peccau
i. Quid faciam tibi
o custos hominum:
Quare posuisti me

contrariũ tibi: et factus sum mihimet ipsi grauis? Cur nõ tollis peccatũ meum: et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiã: et si mane me quesieris nõ subsistam. ℟. Q reo quod redemptor meus uiuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne meã uidebo deũ saluatorem meũ. ℟. Quẽ uisurus sum ego ipse et nõ alius et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne le.ij.

Edet anima mea uite mee: dimittam aduersum me eloquiũ meum. Loquar in amaritudine

dune anime mee: di
cam deo: noli me con
demnare. Indica
mihi: cur me ita iu
dices? Nunquid
bonum tibi videtur: si
calumnieris et oppri
mas me opus ma
nuum tuarum: et con
silium impiorum ad
uuues? Nunquid
oculi carnei tibi sunt

aut sicut uidet ho
mo uia et tu uidebis?
Nunquid sicut dies
hominis dies tui:
et anni tui sicut hu
mana sunt tempora?
Ut quaeras iniquita
tem meam: et peccatum
meum scrutaris. Et
scias quia nihil im
pium fecerim: cum sit
nemo qui de manu

mea possit eruere. ℟.
Qui lazarum resusci
tasti a monumento fe
tidi: Tu eis domine do
na requiẽ et loci indul
gentie ℣. Qui ventu
rus es iudicare uiuos
et mortuos et seculum
per ignem. Tu eis dñe ꝛc

Manus le iij.
tue domine fece
runt me et plasmauc
runt me. totum in cir
cuitu: et sic repente
precipitas me. Memẽ
to queso quod sicut
lutij feceris me: et in
puluerem reduces me.
Nonne sicut lac mul
sisti me: et sicut caseij
me coagulasti. Pelle
et carnibus uestisti
me: ossibus et neruis
compegisti me. Vitaz

et misericordiam tribu
isti michi: et visita
tio tua custodiuit spi
ritum meum. ℟. Do
mine quando veneris
iudicare terram ubi me
abscondam a vultu ve
tue: Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Con
missa mea pauesco et
ante te erubesco dum
veneris iudicare noli

me contemnare. Quia
peccaui nimis in vita mea.
℟. Requiem eternam dona eis
domine et lux perpetua luceat eis. Quia peccaui.

In secundo noct. ant.

In loco pascue. Ps.

Dominus regit
me et nichil mi
chi deerit: in loco pas
cue ibi me collocauit
Super aquam refectio

nis educauit me: am
mam meā conuertit
Deduxit me super se
mitas iustitie: prop
ter nomen suū Nam
et si ambulauero in
medio umbre mortis
non timebo mala: quo
niam tu mecum es.
Virga tua et baculus
tuus: ipsa me conso
lata sunt Parasti in

conspectu meo mensā:
aduersus eos qui tri
bulant me Impin
guasti in oleo caput
meū: et calix meus
inebrians quā preclā
rus est Et misericor
dia tua subsequetur
me: omnibus diebus
uite mee Et ut iha
bitem in domo domini:
in longitudine dierū.

Requiem eternam
Ant in loco pascue ibi
me collocauit Delic
Ad te domine le ta ps.
Tamine leuauia
mam meam: deus
meus in te confido
non erubescam Neq;
irridant me inimi
ci mei: etenim uni
uersi qui sustinent
te non confundentur

Confundantur om
nes iniqua agentes:
super uacue Vias
tuas domine demon
stra mihi: et semitas
tuas docce me Diri
ge me in ueritate tua
et docce me: quia tu es
deus saluator meus
et te sustinui tota die
Reminiscere mise
rationum tuarum do

mine: et misericordi-
rum tuarũ que a secu
lo sunt. Delicta iuue
tutis mee: et ignoran
tias meas ne memi
neris. Secundũ mi
sericordiam tuã me
mento mei tu: prop
ter bonitatem tuam
domine. Dulcis et rec
tus dominus: propte
hoc legem dabit delin

quentibus in uia. Di
riget mansuetos in
iudicio: docebit mi
tes uias suas. Uni
uerse uie domini mi
sericordia et ueritas:
requirentibus testa
mentũ eius et testimo
nia eius. Propter no
men tuũ domine pro
pitiaberis peccato me
o: multum est enim.

Quis est homo qui
timet dominum: legem
statuit ei in uia quam
elegit. Anima eius
in bonis demorabi
tur: et semen eius
hereditabit terram
Firmamentum est
dominus timentibus
eum: et testamentum
ipsius ut manifeste
illis. Oculi mei sem
per ad dominum: quo
niam ipse euellet de
laqueo pedes meos
Respice in me et
miserere mei: quia
unicus et pauper
sum ego. Tribulati
ones cordis mei mul
tiplicate sunt: de ne
cessitatibus meis
eruc me. Vide humi
litatem meam et dole

zem meu: et dimitte
uniuersa delicta me
mea Respice unum
cos meos quoniam
multiplicati sunt: a
odio iniquo oderunt
me Custodi animam
meam et erue me: non
erubescam quoniam
speraui in te Innocen
tes et recti adhaserit
mihi: quia sustinui

te

te Libera deus israel:
ex omnibus tribula
tionibus suis Re
quiem. ant Delicta
iuuentutis mee: et ig
norantias meas ne me
mineris domine. Ant
Ego reor uidere. ps.
Dominus illu
minatio mea a
salus mea: quem time
bo Dominus protec

tor uite mee: a quo
trepidabo Dum ap
propiant super me
nocentes: ut edant
carnes meas Qui
tribulant me inimi
ci mei: ipsi infirma
ti sunt et ceciderunt
Si consistant adue
sum me castra: non
timebit cor meum Si
exurgat aduersus

me preliu: in hoc ego
sperabo Unam pecu
a domino hanc re
quiram: ut inhabitem
in domo domini om
nibus diebus uite
mee Ut uideam uo
luntatem domini: a
uisitem templum eius
Quoniam abscondit
me in tabernaculo
suo in die malorum:

protexit me in abscó
dito tabernaculi sui
In petra exaltauit
me: et nunc exaltauit
capud meu super im
micos meos Circui
ui et immolaui in ta
bernaculo eius hostia
uociferationis: canta
bo et psalmum dicam
Exaudi domine uo
cem meam qua clamaui ad te: miserere mei
et exaudi me Tibi
dixit cor meum exquisi
uit te facies mea: fa
ciem tuam domine re
quiram Non auertas
faciem tuam a me: ne
declines in ira a seruo
tuo Adiutor meus
esto ne derelinquas
me: neque despicias
me deus salutaris me

us Quoniam pat̃
meus et mater mei
dereliquerunt me:
dominus autẽ assũp
sit me Legem pone
mihi domine in via
tua et dirige me in
semita recta: propt̃
inimicos meos Ne
tradideris me in ani
mas tribulantium
me: quoniã insurre

xerunt in me testes
iniqui et mentita est
iniquitas sibi Cre
dere uidere bona domi
ni: in terra uiuẽtiũ
Expecta dominum
uiriliter age: et con
fortetur cor tuum et
sustine dominũ Re
quies aii. Credo uide
re bona domini in terra
uiuentiũ. v. Collocet

cos omnus cũ pncipi
bus ℟ Cũ pncipibus
ꝑpuli sui Pater noster
℟ Espondẽ le.iiii.
Rmichi: quantas
habeo iniquitates et
peccata: scelera mea
atq; delicta ostende
michi: Cur faciem
tuam abscondis: et
arbitraris me inimi
cum tuũ: Contra fo

lium quod uento rapi
tur ostendis potenti
am tuam: et stipulam
siccam persequeris.
Scribis enim cõtra
me amaritudines: et
consumere me uis pec
catis adolescentie
mee. Posuisti in ner
uo pedem meũ: et ob
seruasti omnes semi
tas meas et uestigia

pedum meorũ consi
derasti. Qui quasi
putredo consumen
dus sũ: et quasi ues
timentũ quod cõme
dditur a tinea. R.
Memento mei deus
quia uentus est uita
mea: nec aspiciat me
uisus hominis. V. De
profundis clamaui
ad te dne: dne exaudi

uocẽ meã. Nec aspiciat.

Homo natus de muliere
breui uiuens tempo
re repletur multis
miseriis. Qui quasi
flos egreditur et cõ
teritur et fugit ue
lut umbra: et nũquã
in eodem statu perma
net. Et dignum duci
super huiuscemodi

aperire oculos tuos:
et adducere eos tecum
in iudicium. Quis po
test facere mundum
de immundo conceptum
semine? Nonne tu
qui solus es? Breves
dies hominis sunt: nu
merus mensium eius
apud te est. Constitu
isti terminos eius qui
preteriri non poterunt.

Recede ergo paululum
ab eo ut requiescat: do
nec optata veniat et
sicut mercenarij die
es eius. R/. Heu mi
hi domine quia peccavi
nimis in vita mea quid
faciam miser ubi fugiam
nisi ad te deus meus. Mi
serere mei dum veneris
in novissimo die. V/. Anima
mea turbata est valde

sed tu domine succurre
ei. Miserere mei. Ic. vi.
Quis mihi hoc
tribuat ut in
ferno protegas me
abscondas me do
nec pertranseat fu
rorturus et constitu
as mihi tempus
in quo recorderis ma.
Putasne mortuus
homo rursus uiuat

Cunctis diebus qui
bus nunc milito:
expecto donec ueniat
immutatio mea. Uo
cabis me: et ego res
pondebo tibi. Operi
manuum tuarum pori
ges dexteram. Tu qui
dem gressus meos di
numeraisti: sed parce
peccatis meis. Resp.
Ne recorderis peccata

mea domine: Dum uene
ris iudicare seculum per
ignem ℣. Dirige domi
ne deus meus in conspec
tu tuo uiam meam. Dum
ueneris. ℣. Requiem
eternam dona eis dne et lux
perpetua luceat eis. Du
ueneris. In tertio nocturnis
Complaceat ti ps.
Exspectans expec
tauí dominum:

et intendit mihi Et
exaudiuit preces meas
et eduxit me de lacu
miserie et de luto fecis
Et statuit supra pe
tram pedes meos: et
direxit gressus meos.
Et immisit in os me
um canticum nouum:
carmen deo nostro Vi
debunt multi et time
bunt: et sperabunt in

domino Beatus uir
cuius est nomen do-
mini spes eius: et non
respexit in uanitates
et insanias falsas
Multa fecisti tu domi-
ne deus meus mirabilia
tua: et cogitationi-
bus tuis non est qui
similis sit tibi Si
nuntiauim et locutus
sum: multiplicati

sunt super numerum
Sacrifitium et obla-
tionem noluisti: au-
res autē perfecisti
mihi Holocaustum
et pro peccato non pos-
tulasti: tunc dixi ecce
ueniō In capite libri
scriptum est de me ut
facerem uoluntatem
tuā deus meus uolui:
et legem tuā in medio

cordis mei Annũtia
ui iustitiã tuam in ec
clesia magna: ecce la
bia mea non prohibe
bo quoniã tu scisti Iu
stitiam tuã non absco
di in corde meo: ueritã
tem tuã et salutare tu
um dixi Non abscon
di misericordiaz tuaz
et ueritatẽ tuã: a con
silio multo Tu autem

dñe

dñe ne longe facias
miserationes tuas a
me: misericordia tua
et ueritas tua semper
susceperunt me Quo
niam circumdederunt
me mala quorũ non
est numerus: cõpre
hendẽrunt me iniqui
tates mee et non po
tui ut uidẽrez Multi
plicati sunt super ca

pillos capitis mei: et
cor meum reliquit me
Qóplaceat tibi dñe ut
eruas me: domine ad
adiuuandũ me respice
Qonfundantur et re
uereantur simul: qui
querit animam meam
ut auferant eam Qon
uertantur retrorsum
et reuereantur: qui
uolunt michi mala.

Aerant cófestim con
fusionem suam: qui di
cunt michi euge euge
Qxultent et letentur
super te omnes querẽ
tes te: et dicant sem
per magnificetur do
minus qui diligunt
salutare tuũ Qgo au
tem mendicus sum
pauper: dns sollicitus
est mei Adiutor me

us et protector meus
es tu: deus meus ne
tardaueris Requiē
.xii. Complaceat tibi dō
mine ut eripias me die
ad adiuuandū me respi
ce. .xii. Sana dne ps.
Beatus qui intel
ligit super egenū
et pauperē: in die ma
la liberabit eū dns Do
minus conseruet eū

et uiuificet eū et bea
tum faciet eū in terra:
q non tradat eum in
animā inimicorū eius
Dominus opem ferat
illi super lectū doloris
eius: uniuersū stra
tum eius uersasti in
firmitate eius Ego
dixi dne miserere mei:
sana animā meā quia
peccaui tibi Inimici

mei dixerunt mala
mihi: quando mori
etur et peribit nomé
eius. Et si ingredie
batur ut videret va
na loquebatur: cor
eius congregauit in
iquitatem sibi. Egre
diebatur foras: et lo
quebatur in idipsum
Aduersum me susur
rabant omnes inimi

cimei: aduersum me
cogitabant mala mu
chi. Verbum iniquum
constituerunt aduer
sum me: nunquid qui
dormit non adiciet
ut resurgat. Etenim
homo pacis mee in
quo speraui: qui edé
bat panes meos ma
gnificauit super me
supplantationem. Tu

autē domine miserere
mei et resuscita me:
et retribuā eis In
hoc cognoui quoniam
uoluisti me: quoniā
non gaudebit inimi
cus meus super me.
Me autē propter ino
centiam suscepisti: q
confirmasti me in cō
spectu tuo in eternum
Benedictus dōs de
us israel: a seculo et
in seculū fiat fiat Re
quiē. Ant Sana domine
animā meā quia pecca
ui tibi. Ant Sitiuit ps.
Quemadmodum
desiderat cerius
ad fontes aquarū: ita
desiderat anima ad te
deus Sitiuit anima
mea ad deū fontem uiu
um: quando ueniam

et apparebo ante faciem
dei. Fuerunt mihi la
chrymæ meæ panes die
ac nocte: dum dicitur
mihi quotidie ubi
est deus tuus. Hæc re
cordatus sum et effudi
in me animam meam:
quoniam transibo in lo
cum tabernaculi ad
mirabilis usqz ad do
mum dei. In voce exul
tationis et confessionis
sonus epulantis. Qua
re tristis es anima
mea: et quare conturba
me. Spera in deo quo
niam adhuc confite
bor illi: salutare vul
tus mei et deus meus.
Ad me ipsum anima
mea turbata est: prop
terea memor ero tui
de terra iordanis et

hermony a monte mo
dico Abyssus abyssũ
inuocat: in uoce cata
ractarũ tuarũ Omni
a excelsa tua et fluc
tus tui: super me tran
sierunt In die man
dauit dominus mise
ricordiam suã: et no
te canticũ eius Apud
me oratio deo uite mee
dicam deo susceptor

meus es Quare obli
tus est mei et quare
contristatus incedo:
dũ affligit me inimicus
Dum confringuntur
ossa mea: exprobraue
runt michi qui tribu
lant me inimici mei.
Dum dicunt michi per
singulos dies: ubi est
deus tuus Quare tris
tis es anima mea: et

quare conturbas me
Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi:
salutare uultus mei
et deus meus Requi
em. aij. Situit anima
mea ad deum fontem uiuum
quando et apparebo ante
faciem domini. V. Letan
das bestys animas con
fitentes tibi. R. Et ani
mas pauperum tuorum ne

obliuiscaris in finem.
Spiritus lc vii.
tus meus atte
nuabitur: dies mei
breuiabuntur: et
solum michi super est
sepulchrum. Non pec
caui: et in amaritu
dinibus moratur
oculus meus. Libe
ra me domine et pone me
iuxta te: et cuiusuis

manus pugnet con
tra me. Dies meis tra
sierunt cogitationes
mee dissipate sunt:
torquentes cor meum.
Noctem uertterunt
in diem: et rursũ post
tenebras spero lucem.
Si sustinuero infer
nus domus mea est:
et in tenebris straui
lectulũ meũ. Putre

dini dixi: pater meus
es: mater mea & soror
mea uermibus. Ubi
est ergo nunc prestola
tio mea uel patientia
mea: tu es dominus de
us meus. ℟. Peccaui
tem me quotidie et non
me penitentem timor
mortis conturbat me.
Quia in inferno nulla
est redemptio miserere

mei deus et salua me. ℣.
Deus in nomine tuo
saluũ me fac et in uirtu
te tua libera me. Quia
in inferno. lectio.viii
Pelli mee con
sumptis carni
bus adhesit os meũ:
et derelicta sunt tan
tũmodo labia circa
dentes meos. Mise
rerimini mei misere

mini mei: saltem uos
amici mei: quia ma
nus domini tetigit
me. Quare me per
sequimini sicut de
us et carnibus me
is saturamini: Quis
michi tribuat ut
scribantur sermones
mei: Quis michi
det ut exarentur in
libro stilo ferreo et

plumbi lamina: uel
ſcelte ſculpantur in
ſilice. Scio enim q
redemptor meus uiuit
et in nouiſſimo die de
terra ſurrecturus ſum
et rurſum circunda
bor pelle mea: et in car
ne mea uidebo deum ſal
uatorem meum. Quem uiſ
urus ſum ego ipſe et
oculi mei conſpectum

ſunt

ſunt: a non alius. Re
poſita eſt hec ſpes mea
in ſinu meo. R.m Do
mine ſecundum actum
meum noli me iudicare:
nichil dignum in conſpectu
tuo egi: ideo deprecor ma
geſtatem tuam. Ut tu deus
deleas iniquitatem meam. V.
Amplius lauame die ab
iniuſtitia mea et a delicto
meo munda me. Ut tu de

Quare de uulua
eduxisti me:
quinutinam consump
tus essem ne oculus
me uideret: fuissem
quasi non essem de
utero translatus
ad tumulum. Nunquid
non paucitas dierum
meorum finietur bre
uis? Dimitte ergo
me: ut plangam pau

lulum dolorem meum
antequam uadam et
non reuertar ad ter
ram tenebrosam et oper
tam mortis caligine:
terram miserie et tene
brarum ubi umbra mor
tis et nullus ordo:
sed sempiternus hor
ror inhabitat. ℟esp
Libera me domine de
uijs inferni qui portas

ereas confregisti et uisi
tasti uinculis et dedisti
eis lumen ut uiderent te
Qui erant in penis tene
brarũ ℣. Clamantes a
dicentes aduenisti redem
tor noster. Qui ℣. Req
em eternã donna eis dne
a lux perpetua luceat eis.
Qui. et dicitur semp
in festo triũ lectionũ
et feriali officio. De-

quĕs responsoriũ nõ
dicitur nisi in seculo
die post festũ omnũ sanc
et in obitu fratrum et
sororum. ℟. Libera me
dne de morte eterna in die
illa tremenda. Quando
celi mouendi sunt a terra:
dũ ueneris iudicare secu
lum per ignẽ. ℣. Tremẽs
factus sum ego et timeo
dũ discussio uenerit atq;

uentura ira. Quando
℣. Dies illa dies ire ca
lamitatis et miserie:
dies magna et amara
valde. Dū veneris ℣.
Requiē eternam dona eis
dne et lux perpetua lu
ceat eis Repetatur a
capite. Libera me dne
usq; ad Tremens.
Ad laudes aūt. Ex
ultabunt domino. ps.

Miserere mei deus
secundū magnam
misericordiam tuam
Et secundū multi
tudinē miserationū
tuarū: dele iniquita
tem meā Amplius
lauā me ab iniquita
te mea: et a peccato
meo mūda me Quō
iniquitatē meā ego
cognosco: et peccatū

meū contra me est sē
per Tibi soli peccaui
⁊ malū coram te feci:
ut iustificeris in ser
monibus tuis ⁊ uin
cas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitati
bus concepti sū: et in
peccatis concepit me
mater mea Ecce enim
ueritatē dilexisti: in
certa et occulta sapiē

tie tue manifestasti
michi Asperges me
dne ysopo et mūdabor:
lauabis me ⁊ super
nuē dealbabor Audi
tui meo dabis gaudiū
⁊ letitiam: ⁊ exultabunt
ossa humiliata Auer
te faciē tuam a peccatis
meis: et omnes iniqui
tates meas dele Cor
mundū crea in me deus:

et spiritu rectu innouaꝰ
in uisceribus meis.
Ne proicias me a fa
cie tua: et spiritu scm
tuu ne auferas a me
Redde mihi letitia
salutaris tui: et spi
ritu principali confir
ma me Docebo iniquos
uias tuas: et impij
ad te conuertentur Li
bera me de sanguinibus deus deus salutis
mee: et exultabit lin
gua mea iustitia tua.
Domine labia mea aperi
es: et os meum annuntiabit laudem tuam Quoniam si
uoluisses sacrificium
dedisses: utique holocau
stis non delectaberis
Sacrificium deo spiri
tus contribulatus: c
or contritum et humilia

ati deus non despicies
Benigne fac domine in
bona uolutate tua sio:
ut edificentur mu
hierusale Tunc accep
tabis sacrificiu iusti
tie: oblationes et ho
locausta: tunc ponet
super altare tuu uitu
los Requies aiu Ex
ultabunt omnia ossa
humiliata aiu Exaudi ps.

Decet hymnus
deus in syon: et
tibi redetur uotum
in hierusalem Exau
di oratione meam: ad
te omnis caro ueniet
Uerba iniquorum pre
ualuerunt super nos:
et impietatibus nos
tris tu propitiaberis
Beatus que elegisti
et assumpsisti: habita

bit in atrijs tuis Re
plebimur in bonis
domus tue: sanctũ
est templũ tuũ mir
bile in equitate Ex
audi nos deus salu
taris noster: spes
omnium finium terre
et in mari longe Re
parans montes in
uirtute tua accinc
tus potentia: qui

conturbas profun
dũ maris sonũ fluc
tuũ eius Turbabũ
tur gentes et time
bunt qui habitant
terminos a signis
tuis: exitus matuti
ni et uespere delectabi
Visitasti terram et
inebriasti eam: mul
tiplicasti locupletare
eam Flumen dei re

pletum est aquis: pa
rasti cibum illorum
quoniam ita est prepa
ratio eius Riuos ei
us inebrians multi
plica germina eius:
in stillicidijs eius le
tabitur germinans
Benedices corone t
anni benignitatis tu
e: et campi tui reple
buntur ubertate. t

Pinguescent specio
sa deserti: et exultati
one colles accingen
tur Induti sunt a
rietes ouium et ualles
habundabunt frumẽ
to: clamabunt etenim
hymnum dicent Req
em. Ant. Exaudi domine
orationem meam ad te om
nis caro ueniet. Ant.
Ne suscepit. Ps.

Deus deus meus
ad te de luce vi
gilo Sitivit in te
anima mea: quam
multipliciter tibi
caro mea In terra
deserta invia et in
aquosa sic in sancto
apparui tibi: ut vide
rem virtutem tuam et
gloriam tuam Quoniam
melior est misericor

dia tua super vitas:
labia mea laudabunt
te Sic benedicam te
in vita mea: et in no
mine tuo levabo ma
nus meas Sicut a
dipe et pinguedine
repleatur anima me
a: et a labiis exulta
tionis laudabit os
meum Sic memor fui
tui super stratum meum

in matutinis medi
tabor in te: quia fuis
ti adiutor meus Et
in uelamento alarum
tuarum exultabo: adhe
sit anima mea post te:
me suscepit dextera tu
a Ipsi uero in uanum
quesierunt animam me
am: introibunt in in
feriora terre tradun
tur in manus gladij

partes

partes uulpium erunt
Rex uero letabitur in
deo laudabuntur om
nes qui iurant in eo:
quia obstructum est os
loquentium iniqua ps.
Deus misereatur
nostri et benedicat
nobis: illuminet uul
tum suum super nos et mise
reatur nostri Et co
gnoscamus in terra

uia tua: in omnibus
gentibus salutare tu
um Confiteantur ti
bi populi deus: confi
teantur tibi populi
omnes Letentur et
exultent gentes quo
nia iudicas populos
i equitate: et gentes
in terra dirigis Con
fiteantur tibi populi
deus confiteantur ti

bi populi omnes: terra
dedit fructu suu Bene
dicat nos deus deus
noster benedicat nos
deus: et metuant eu om
nes fines terre Deqs
aii Mde suscepit dextera
tua vnc aii. Mi porta inferi.
Ego dixi in di pi.
medio dierum meorum:
uadam ad portas inferi
Quesum residuu ano

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

tum meorꝫ: dixi nõ ui
debo dominũ dei in ter
ra uiuentiũ Non aspi
ciam hominẽ ultra: q
habitatorem quietis
Generatio mea abla
ta est et conuoluta est
a me: quasi taberna
cula pastorꝫ Precisa
est uelut a texente ui
ta mea: dũ adhuc or
direr succidit me: de

mane usqꝫ ad uesperi
finies me Sperabam
usqꝫ ad mane: quasi
leo sic contriuit omnia
ossa mea De mane us
qꝫ ad uesperam finies
me: sicut pullus hyrũ
dinis sic clamabo me
ditabor ut columba Et
tenuati sunt oculi mei:
suspicientes in excelso
Domine uim patior respon

te pro me: quid dicam
aut quid respondebit
mihi cui ipse fecerim
Recogitabo tibi omnes
annos meos: in amari
tudine anime mee. ℣
Domine si sic uiuitur qui
talibus uita spiritus
mei corripies me et in
uificabis me: ecce in pa
ce amaritudo mea am
rissima. Tu autem eru

isti animam meam ut non
perires: proiecisti post
tergum tuum omnia pecca
ta mea. Quia non infer
nus confitebitur tibi
neque mors laudabit te:
non expectabunt qui de
scendunt in lacum ueri
tatem tuam. Viuens uiu
uens ipse confitebitur
tibi: sicut et ego hodie
pater filius notam faciet

ueritate tua. Oñe sal
uum me fac: et psalmos
nostros cantabimus
cunctis diebus uite
nostre in domo dñi Re
quiem aii. In porta inferi
erue dñe animas eorũ. aii.
Omnis spiritus ps.
Laudate dominũ
de celis: laudate
eũ in excelsis Laudate
eũ omnes angeli eius:

laudate eũ omnes uir
tutes eius Laudate
eũ sol & luna: laudate e
uz omes stelle & lumen
Laudate eũ celi celorũ:
et aque omnes que sup
celos sunt laudẽt nomẽ
dñi Quia ipse dixit et
facta sunt: ipse manda
uit & creata sunt Statu
it ea in eternũ & in seculũ
seculi: preceptũ posuit

et non preteribit Lau
date omnia de terra: dra
cones et omnes abyssi
Ignis grando nix gla
cies spiritus procella
rum: que faciunt uerbi
eius Montes et omnes
colles: ligna fructife
ra omnes cedri Bestia
e et universa pecora:
serpentes et uolucres
pennate Reges terre

omnes populi: prin
cipes et omnes iudices
terre Iuuenes quir
gines senes cum iuniori
bus laudent nomen
domini: quia exaltatum
est nomen eius solius
Confessio eius super
celum et terram: et exalta
uit cornu populi sui
hymnus omnibus
sanctis eius: filijs i

israel populo appro
pinquanti sibi Can
tate domino canticum no
uum: laus eius in ec
clesia sanctorum Lete
tur israel in eo qui fe
cit eum: et filie syon ex
ultent in rege suo Lau
dent nomen eius
in choro: in tympano
et psalterio psallant
ei Quia beneplacitum

est domino in populo suo:
exaltauit mansue
tos in salute Exulta
bunt sancti in gloria:
letabuntur in cubili
bus suis Exultatio
nes dei in gutture eorum:
et gladij ancipites in
manibus eorum Ad fa
ciendam uindictam in na
tionibus: increpatio
nes in populis Ad alli

gan vos reges eorũ in cõ
pedibus: q nobiles eo
rũ in manicis ferreis
Vt faciant in eis iudi
cium conscriptũ: glo
ria hec est omnibus ꝯ
sanctis eius Lauda
te deum in sanctis
eius: laudate eũ in fir
mamento virtutis ei
us Laudate eũ in vir
tutibus eius: lauda

te eũ secundũ multitu
dinẽ magnitudinis
eius Laudate eũ in
sono tube: laudate eũ
in psalterio q cytharã
Laudate eũ in tympa
no q choro: laudate eũ
in cordis et organo L
audate eũ in cymbalis
benesonãtibus laud
te eũ in cymbalis iu
bilationis: omnis spi

ritus laudet dnm. Re
quiem. ℟ Omnis spi
ritus laudet dnm. ℣ Au
dui uocē de celo dicentes
mihi. ℟ Beati mortui
qui in dno moriuntur. ℣
Ego sum. Canticū ga.
Benedictus dns
deus israel: quia
uisitauit et fecit redē
tionē plebis suae. Et
erexit cornu salutis

nobis: in domo dauid
pueri sui. Sicut locu
tus est per os scorum: qui
a seculo sunt prophe-
arum eius. Salutes ex
inimicis nostris: et de
manu omnium qui ode
runt nos. Ad faciendam
misericordiam cum patri
bus nostris: et memo
rari testamenti sui sci
lus iurandum quod

uirauit ad abrahaz pa
tré nostrú: daturuz se
nobis Et sine tumore
de manu inimicorú nost
roz liberati: seruiamus
illi In sanctitate & iust
itia corá ipso: omnibus
diebus nostris Et tu
puer propheta altissimi
uocaberis: preibis enim
ante faciē dñi parare
uias eius Ad dandaz

scientiá salutis plebi
eius: in remissionē pec
catoz eoz Per uiscera
misericordie dei nostri:
in quibus uisitauit
nos oriens ex alto Il
luminare his qui in te
nebris & umbra mortis
sedent: ad dirigendos
pedes nostros in uiá pacis
Requiē aiii. Ego sum re
surrectio & uita qui credit

in me etiam si mortuus fue
rit uiuet: Omnis qui ui
uit et credit in me non mo
riet in eternum. Kyrieley
son. Xpeleyson. Kyrieleyso.
Pater noster. ℣. Et ne
nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo ℣
De profundis re. ℣ A porta
inferi ℟ Erue domine animas
eorum ℣ Domine exaudi orationem
meam ℟ Et clamor meus

ad te

ad te veniat. Oratio.

DEus qui inter a
postolicos sacerdo
tes famulos tuos pon
tificali seu sacerdotali
fecisti dignitate uigere:
presta quesumus: ut eo
rum quoque perpetue aggre
gentur consortio. Oro.

DEus uenie largi
tor et humane salu
tis amator: quesumus

clementiá tuá: ut no
stre congregationis
fratres q sorores pro
pinquos et benefac
tores nostros: qui ex
hoc seculo transierũt
beata maria semp uĩ
gine intercedente cũ
omnibus sanctis tu
is: ad perpetue beati
tudinis cõsortiũ per
uenire concedas. Oro

Hæliũ deus omni
um conditor q re
dempto an̄ ab̄us
famulorũ famularũ
q tuarũ: remissionem
cunctorũ tribue pecca
torũ ut indulgentiá
quá semper optauerũt
pijs supplicationib̄us
consequantur. P dñm
nr̄m ꝛc. Hæliũ aie p mi
sericõdiá dei requescat i pace
amẽ.

Incipit offitiuz sancte crucis ad matutini. ℣.



Domine labia mea aperies. Et os meum annuntiabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Do



mine ad adorandum
me festina. Gloria pa
tri et filio sancto || Hymn
Prudentia veritas
divina deus homo cap
tus est hora matutina:
a notis discipulis eto
relictus: a iudeis tra
ditus: venditus et affli
ctus. ℣. Adoramus te
christe et benedicimus tibi
℟ Quia per sanctam crucem

tua redemisti mundus Oro

Domine iesu christe fili dei uiui: pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee: et mihi largiri dignaris gratiam et misericordiam omnis et defunctis requiem et ueniam: eccle

sie tue pacem et concordiam: et nobis peccatoribus uitam et gratiam sempiternam. Qui uiuis et regnas in secula seculorum ℟. Amen. Ad primam Deus in adiutorium meum intende Alia ad

Hora prima hymnus

ductus est iesus ad pilatum: falsis testibus multum accusatum

colaphis percutiunt
manibus ligati: uul
tum dei conspuunt lu
men celi gratii. ℣ Mo-
ramus te christe et benedici
mus tibi ℟ Quia per scam
crucem tuam redemisti mundu
oro Domine iesu xpe.
Ad tertiam Deus in ad
iutorium. ℣ Gloria et hymnus
Crucifige crucifige
clamitant hora ter

tiarii: illusus induitur
veste purpurari: caput
eius pungitur corona
spinarii crucem portat
humeris ad loci pena
rum. ℣. Adoramus te xpe
℟ Quia per oro. Dne iesu
xpe. et ut sup. Ad sexta
℣ Deus in adiutorium
meum. ℣ Gloria pri et. hym
Hora sexta dominus
iesus est cruci con

clamatus: et cū latron
bus pendens reputa
tus: per tormentis fi
tiens felle saturatus:
agnus crucem dulcis
sic laudisonatus. ℣. Ado
ramus te xpe. ℟ Quia oro
Dne iesu xpe. ꝛc ut sup
Ad nona Deus in ad
iutorium. Gla ꝛc hymus
Dia nona dns
iesus expirauit

bely clamans spiritus
patri cōmendauit: la
tus eius lancea miles
perforauit: terra tunc
tremuit et sol obscura
uit. ℣. Adoramus te xpe.
oro Domine iesu xpe ꝛc
ut s. Ad uespas De
us in adiutorium meum.
ꝛc Gloria pri ꝛc hymus
De cruce deponitur
hora uespertina:

fortitudo latuit in men
te diuina: talem mõtes
subiyt uite medicina:
Ecce corona glorie iacui
it supina. ℣. Adoramus
te xpe. oro Dne iesu xpe.
qui ut s. Ad cõpletorium.
℣ Conuerte nos deus
salutaris noster ℟ Et
auerte iram tuam a nobis.
℣. Deus in adiutorium
meum. Gloria pri hymnus

Dra completoryum
tur sepulture cor
pus christi nobile: spes
uite future conditur
aromate: complentur
scripture: magis sit me
moria mortis tue dure.
℣. Adoramus te xpe et bene
dicimus tibi ℟ Quia per
sanctam crucem tuam redemisti
mundum. oro Dne iesu xpe
qui ut sup. Recomendatio.

Has horas canonicas
cum devotione tibi
christe recolo pia ratio
ne: ut qui pro me pas
sus es amoris ardore
sis mihi solatium mor
tis in agone. Amen.
Finit officium sce crucis

Incipit officium sanc
ti spiritus. Ad matu
tinum. Versus:—





Domine labia mea aperies ℟ Et os meum annuntiabit laudem tuam ℣ Deus in adiutorium meum intende ℣ Gloria in fine alleluia

Nobis hymnus.

Sancti spiritus

gratia sit data de qua
uirgo uirginũ fuit ob
umbrata: cum per sanc
tum angelũ fuit saluta
ta: uerbũ caro factum
est uirgo fecundata. ãn
Veni sancte spiritus reple
tuorũ corda fidelũ & tui a
mors in eis igne accende.
℣ Emitte spiritũ tuũ et cre
abuntur ℟ Et renouabis
faciem terre. Oratio.

Omnipotens sempi
terne deus: da no
bis illam sancti spiritus
gratiam: quã discipulis
in die sancto pentheco
stes transmisisti. Qui
uiuis & regnas in secu
la seculorũ ℟ amen Ad
prima ℣ Deus in ad
iutoriũ. Gloria. hymnus
De uirgine maria
xps fuit natus:

crucifixus mortuus at
qz tumulatus: resur
gens discipulis fuit
demonstratus: q ipsis
cernentibus celis ele
uatus. aī. Veni sancte.
℣ Emitte spm. rc̄ ut sup̄
oro. Omnipotens. ad
tertia ℣. Deus in ad
iutorui ℟ Gloria rc̄. hym
Suum sanctū spiri
tū deus delegauit

in die pentheco stes apo
stolos confortauit: et
de linguis igneis ipsos
inflāmauit: relinque
re orphanos eos dene
gauit. aī Veni sancte ℣
Emitte spm oro Omni
potens rc̄ ut s̄. Ad sexta
℣ Deus in adiutorui.
℟ Gloria pri rc̄. hymnus
Septiformis gra
tiaz tunc accep

tauerunt: quare idio
mata cuncta cognoue
runt: ad diuersa clima
ta mundi recesserunt:
et fidem catholicam tunc
predicauerunt. Ant Ven
sce sp's. ℣. Emitte spm Orõ.
Omnipotens. ꝛc. ad no
nas. ℣. Deus in adiuto
rium. ℣ Gloria ꝛc ut s. hym
Spiritus paraclitus
fuit appellatus: ro

nus

num dei caritas fons
uuificatus: spirita
lis unctio: ignis in
flamatus: septifor
mis gratie: carisma
uocatus. Ant Ven sanc
te spiritus. ℣. Emitte
spiritu. Orõ Omnipo
tens. ꝛc. Ad uesperas.
℣. Deus in adiuto
rium meum intende. ℣ Glo
ria patri ꝛc Hymnus.

Dextre dei digitus
uirtus spiritalis
nos defendat: eruat
ab omnibus malis:
ut nobis non noceat
demon infernalis:
protegat nutriat: fo
ueat sub alis. ant Ue
ni sancte spiritus. ℣ Emit
te spiritu. oro Omni
potens. ac. Ad comple
tonu. ℣. Conuerte

nos deus salutaris
noster ℟ Et auerte i
ram tua a nobis O de
us in adiutorium meu
intende ℣ Gloria pri ac
Spiritus sancti.
Spiritus nos
uelit iuuare: gressus
nostros regere a illu
minare: ut cuz deus
uenerit omnes iudi
care: nos uelit ad dex

terum omnes appella
re. Recomendatio.
Hos horas canon
cas cum devotio
ne tibi sancte spiritus
pia ratione dixi: ut
nos unites in spirati
one: et unianimus iu
giter: in celi regione.
Ant. Veni sancte spiritus.
℣ Emitte spiritu. Oro.
Omnipotens sem. ꝛc.

Oratio sci Anselmi.
Domine deus meus
si feci ut essem reus
tuus numquid facere
potui: ut non essem ef
fectus tuus. Si unde
puritatem meam ade
mi: nunquid miseri
cordiam tua peremi?
Si comisi unde me dam
nare posses: tu non a
misisti unde saluare t

soles. Verum est domi
ne: q̃ conscientia mea
meretur dānationē:
sed misericordia tua
superat omnem offen
sionem. Parce ergo
mihi domine quia
non est impossibile ꝯ
tue potentie nec inno
cens tue iustitie: nec
insolutū tue clemētie.
Quid enim est iesus

nisi saluator? Ergo
iesu qui me creasti: ne
perimas: qui me redē
misti non contemnes.
Qui me creasti tua bo
nitate: pereat opus tu
um mea iniquitate.
Cognosce ergo in me
quod est tuū: absterge
quod est meū. Qui cum
patre et spiritu sancto
viuis q̃ regnas deus:

Per omnia secula secu
lorum ℟ Amen :-:-
Finit. Laus deo :-

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
Mss
FIRENZE

Ces heures sont
a Madame dorleans

262

2634

cc. 265 (bianche le
cc. 263-265) + 3 di guardia
all'inizio.

agosto 1970
MR